

Quamquam pulcherrimum templum Romanum hodie uidere possumus, perpaucum de oppido Ausetano noscimus: tantum numnos et parua necropolin extra muros apud *Can Colomer*.

De Ausetanis quoque paucum noscimus. Scimus ut circa saeculo II aC, Sergio Manlio proconsule, Ausetani municipium habitarent, propterea quod iam tunc templum habebant. Nomen oppidi apparet in *Geographia* Ptoleomei, in operibus Auieni, Titi Livii, Polibii et Plinii, qui dicunt oppidum graue esse quia uias interiores Romanas dominabatur, id est uias inter Barcinonem et Ceretaniam et Aulum uel Oletam.

Ausa est nomen antiquum Romanis temporibus oppido cui nunc Vic appellatur. Videtur hoc oppidum saeculo I aC conditum esse ut uicum paganum (uicum in agris), Augusto imperante. Locus ei erat super paruum torum, ubi nunc sunt templum Romanum et Ecclesia Pietatis. Nomen eius ab Ausetanis, tribu iberia, uenit. Ausetani non solum Ausam ad pedem montium Pyraneorum, sed ab Ausa usque ad Gerundam habitabant.

Tiberio imperatore, Ausa ab ordine decurionum gerebatur.

Vt dicit Xabierus Crosas archaeologus, Municipium Ausetanum quadratum erat et forum municipii erat circa templum. A foro proueniebant cardo et decumanus, quae non conseruantur.

Hodie tamen alterum forum in oppido est: *la Plaça Major o del Mercadal*, quae idem munus tamquam forum habet: centrum oppidi et mercatum. Forma eius quadrata est et porticus longos habet. Area pauimento etiam hodie caret. Lateribus sunt curia municipalis in aedificio gothico (anno MCCCLVIII, quamquam hoc modo non uidetur) et *Casa Comella*. Praeciupua aedificia sunt quoque *Casa Costa* (modernista anno MCMVI), *Casa Tolosa* (saeculo XVIII), *Casa Moixó* (saeculo XVI), *Casa Beuló* (saeculo XVI) i *Casa Cortina* (saeculo XIX), inter alias quae statim enumerantur.

Ab Medioeuo hos forum est centrum ciuitatis. Sed tunc quoque tres erant curiae: curiae Montcadae, curia episcopalis et curia regalis. Ab anno MCDL tantum una fuit curia.

Omnes dies Martis et Sabati sunt dies mercatus. Sunt hic etiam aliae feriae sicut *Mercat del Ram*, *Vicantic*, *Mercat de Música Viva*, *Mostra Gastronòmica*, *Mercat Medieval*, *Firaslot* et aliae.

Curia Municipalis ets aedificium quae antiquiter erat *llotja* nominata, id est, aedificium aedilicium ubi aediles mercaturas vigilabant: pondus frumenti, pretium nummorum, et caetera. Ab initio erat tantum solum inferius cum porticibus. Sed saeculo XVI amplius euenit. Est opus Fratris Iosephi de la Concepció, qui etiam Palau del Vierrei Barcinone aedificauit.



Domus Comella uel Domus Mastrot aedificata est ab architecto Gaetano Buigas (anno MDCCCXCVI). Aedificatur postquam muri ciuitatis demoliti sunt. Occupat totam insulam ciuitatis. Habet ornamenta medievalia, imagines quae in muris fictae sunt effingunt quattuor tempora anni, id est: ver, aestas, autumnus et hiems.



Domus Costa. Quamquam uidetur gothicum aedificium, mínimum gothicum est. Aedificatur saeculo uicesimo (anno MCMV) a Iosepho Ylla. Antea in ipso loco extabat aedificium gubernatoris (consulis) generalis ciuitatis. Domus tria tabulata habet et tectum mansardium. Solum inferius sex columnas habet, quae porticum sustinent. Ornatae sunt columnae com floribus. Primum tabulatum tria maeniana habet cum balustris petreis, quorum mensulae ornatae finguntur animalibus et



floribus, quoque figuris humanis in culmine, quae classes (stamenta) ciuitatis effingut: ecclesiam, oppidanos, agricolas et classem operariam. Alterum tabulatum habet duo maeniana ferreis balustris confecta. Tertium tabulatum quattuor parua maenia quoque ferreis balustris confecta habet. In tecto mansardio tantum decem fenestras uidere possumus.

Domus Tolosa uel Bach. Nescimus quo tempore aedificata sit domus, an saeculo decem et septimo aut duodeuicessimo. Mutata autem fuit seaculo unodeuigessimio. Quoque ab notissimo nobis architecto Ylla aedificata est. Habet solum inferius, duo tabulata et tectum mansardium. Quidque tabulatum habet duo maenia quorum amplitudo descrescit, sicut decrescit amplitudo et altitudo portarum.



Domus Moixó. Nescimus quoque quo tmepore aedificata sit, an saeculo an saeculo decem et septimo auto duodeuicessimo. Habet solum inferius, duo tabulata et tectum mansardium, sicut ceterae. Muros petreos habet. Meaeniana que uidetis non erant saeculo decem et septimo, sed recenter (anno MCMIV) fenestrae quae erant ibi in maenianis mutata sunt. Muri petrei sunt, sed ornamenta fenestrarum et balustrae non sunt e uera petra confecta sed ficta petra.



Domus Beuló / Can Gasa. In angulo uidemus Domum Beuló quoque nominatam Can Gasa. Nescimus quo tempore aedificata sit haec domus, sed creditur ut aedificaretur in medioeuo. Porticus certe ab medioeuo est, saed postea in saeculo sedicessimo modificata domus fuit cum



fenestris quadratis quae nunc uidere possimus. Ultimum munus in domo confectum denuo ab architecto Ylla (anno MDCCCLXXVI).

Domus Cortina. Aedificata ab Gaietano Buigas anno MDCCCXCIII. Habet solum inferiorem cum duobus porticibus, dua tabulata et tectum mansardicum. Forsitan quod plus nobis interest est tectum mansardicum, quia ornatum est ab columnis quae simulant Graecas uel Romanas columnas.



Domus Bach Font. Aedificata anno MDCCXII super anteriorem domum gothicam diuiditur dues in partes, e quibus altera eminet super alteram cum porticibus, dum tertia manet pone. Antea, in medioeuo, in hoc era erat curia municipalis (*Pallol*). In muro domus porticatae apparet imago Sacri Cordis. Imago tamen saeculo XX (anno MCMXLVII) facta est.



Taberna libraria Anglada est taberna ualde antiqua in hac area. Anno MDCCCLX erat tantum officina typographica sed initio saeculi XX euenit taberna libraria. Interiore extat paruum lararium dicatum Vergini Mariae. Notae sunt imagines pictae in tecto quae flores, arbores et animalia fingunt

